



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

**Luxemburgi, 1740**

CCXXX. De Beatific. Petri Forerii de Mataincuria, sacerdotis Lotharingi,  
Ord. Canon. Regul. S. Augustini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](#)

ANNO  
1730.

CCXXX.

Indicatur Beatificatio Servi Dei Petri Forerii de Mataincuria Sacerdotis Lotharingi, Reformatoris Congregationis Salvatoris nostri nuncupatae, Ordinis Canon. Reg. S. Aug.

*Alia bujus Conf. ed. 1729. Mart. 12. P. 5. indicat fuit Beatificatio Servi Dei Fidelis a Sigmarina.*

## BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*Dat. 10. Janu.  
1730. An. 6.

Exordium.

L Audemus viros gloriofos, qui in conversa-  
tione gentis, non secundum carnem am-  
bulantes sed spiritu facta Carnis mortificantes  
non solum semetipos, ac voluntatem suam cum  
omnibus terrenis desideriis abnegarunt, atque  
sub suavi regularis disciplina jugo obtulerunt  
Deo in holocaustum, verum diffusa in cordibus  
suis charitate, non minus de aliena, quam  
de propria salute solliciti, viam mandatorum  
Domini, ac Christianae perfectionis semitam  
in qua direxerant gressus suos Christi fideles ver-  
bo, & exemplo, saluberrimisque praceptis, &  
institutis constanter sectari, ac tuto decurrire  
edocerunt, feliciterque confessio mortalibus hu-  
ius avi stadio aeternam recompensationem, ac Ju-  
stitiae Coronam in Caelis Hierusalem habilitate  
accipere meruerunt.

¶ 1. Quos inter cum longe, lateque resul-  
serit Dei servus Petrus Forerius de Mataincuria  
Sacerdos, Lotharingus, Praepositus generalis,  
& Reformator Congregationis Salvatoris nostri  
nuncupatae, Ordinis Canonicorum Regularium  
S. Augustini, neconon Institutio Monialium Con-  
gregationis sub titulo Dominae nostra, ac Regu-  
la ejusdem S. Augustini, digna tanti Parentis  
sobole, quæ quasi arcus refulgens inter nebulas,  
& quasi flos Rosarum in diebus vernis, Eccle-  
siam nominis sui celebritate ac spiritualium aro-  
matum odore impletiv Apostolici Ministerii,  
quod viribus licet & meritis longe impares di-  
vina dignatione gerimus, ratio postulat, ut illius  
vultui, & venerationi in terris ad Dei laudem,  
ipsis Ecclesiæ decus, spiritualemque Populi  
Christiani ædificationem, potestate Nobis a Do-  
mino tradita consulamus.

¶ 2. Quum itaque mature diligenterque  
discussis, atque perpenitus per Congregationem  
Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardi-  
nalium, Sacris Ritibus Præpostorum Proces-  
sibus, de Apostolica Sedis licentia rite, & re-  
specto confectis, super vitæ sanctitate, & virtutibus  
heroicis, quibus idem Servus Dei Petrus Forerius  
multipliciter claruiss., neconon miraculis,  
qua ad eum intercessionem, & ad manifestandam  
hominibus illius Sanctitatem a Deo patrata fuisse  
afferebantur, & subinde auditis per nos de  
more eorundem Cardinalium, ac etiam hujus  
Congregationis Consultorum suffragijs, assi-  
diuque, ac humilibus precibus implorato prius  
superni luminis auxilio alias decreverimus præ-  
dictum servum Dei Beatum cum solitis indultis  
declarare.

¶ 3. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis  
Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispani-  
arum Catholicæ, & Romanorum Regis in Imperatores electi, ac dilecti filii nobis Juvenis  
Francisci Lotharingiæ, & Barri Ducis, & Di-  
lecta pariter in Christo Filiae nobilis Mulieris  
Carola Elisabethæ a Francia Lotharingiæ idem,  
& Barri Ducissa Vidua, neconon Venerabilem  
Fratrum Episcoporum Tullenensis, & Virduenensis,  
dilectorumque filiorum totius Cleri, & Populi  
Ducatum Lotharingiæ, & Barri hujusmodi, ac  
universi Ordinis Canonicorum Regularium S.  
Augustini, præcipue vero dicta Congregationis  
Salvatoris nostri, ac insuper Monialium me-  
moratae Congregationis sub titulo Dominae no-

stra supplicationibus Nobis super hoc humili-  
ter porrexis paterna benignitate annuentes,  
auctoritate Apostolica tenore presentium in-  
dulgemus, ut idem Servus Dei Petrus Forerius  
in posterum Beati nomine nuncupetur, ejusque  
corpus, & Reliquæ venerationi Fideliū (non  
tamen in processionibus circumferenda) expon-  
natur, Imagines quoque radiis, seu splendo-  
ribus exornentur, ac de eo recitetur Officium,  
& Missa celebretur de Confessore non Pontifice  
singulis annis juxta Rubricas Breviarii, & Mis-  
salis Romani, die VII. Julii cum dies IX. Decem-  
bris, qua ipse Servus Dei Spiritum Creatori  
reddidit, & alia plures illam subsequentes, ut  
notum est, impeditæ reperiantur. Porro reci-  
tationem Officii, ac Missa celebrationem hujus-  
modi fieri concedimus in Locis dumtaxat infra-  
scriptis; videlicet in Oppido Mire Curia  
Tullenensis Diœcesis, in quo dicitur Servus Dei  
natus est in Monasterio, seu Abbatia de Calmu-  
faco, Callice, Chaumoufci, ubi habitum pra-  
fati Ordinis Canonicorum Regularium suscepit,  
professionemque Regulariæ emitit in Oppido  
Mataincuria ejusdem Tullenensis Diœcesis in quo  
Curam Animarum obivit, ejusque Venerabile  
Corpus requiescit, seu depositum reperitur, &  
Gratia in Comitatu Burgundiæ, unde ad Cœlos  
evolavit, & ubi Corilius afferatur, ac Lunæ  
villæ, ubi prima suscepit reformationis funda-  
menta jecit, ab omnibus utriusque sexus Chri-  
stifidelibus tam secularibus, quam Regularibus,  
qui ad horas Canonicas tenentur, neconon in  
universa Congregatione Salvatoris nostri, ac  
Ecclesiæ, sive Capellis, vel Oratoriis Congre-  
gationis Monialium sub Tit. Dominae nostra,  
quas idem Dei Servus reformavit, ac respective  
instituit, sicut præmittitur, & quantum ad  
Missas attinet etiam ab omnibus Presbyteris,  
ad Ecclesiæ, in quibus Festum peragetur, con-  
fluentibus. Praterea primo dumtaxat anno a  
dati hisce literis, & quo ad Indias a die, quo  
eadem litera illic pvererint inchoando, in  
Ecclesiæ Oppidorum Monasterii, seu Abbatie,  
ac utriusque Congregationis hujusmodi sole-  
nia Beatificationis ipsius Servi Dei, cum Offi-  
cio, & Missa sub ritu dupli majori, die ab  
Ordinariis gratiam, & Communionem Sedis  
Apostolica habentibus respective constituta post-  
quam tamen in Basilica Principis Apostolorum  
de Urbe celebrata fuerint eadem solemnia; pro  
qua re diem XXIX. currentis Mensis Januarii  
assignamus, pariter celebrandi facimus potesta-  
tem.

¶ 4. Non obstantibus Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis de non  
cultu editis, ceterisque contrariais quibuscumque.

¶ 5. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam im-  
pressis manu Secretarii supradictæ Congregationis  
Cardinalium subscriptis, & sigillo Præfecti,  
seu Pro-Præfecti ejusdem Congregationis munis-  
tis, eadem pro�sus fides ab omnibus, & ubique  
tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ  
ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibitæ,  
vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo  
Piscatoris die decima Januarii MDCCXXX.  
Pontificatus nostri Anno Sexto.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc.,  
& Regul. super augmento vocalium Provin-  
ciae S. Didaci Mexican. Ord. Min. S. Franci-  
isci de Observantia Discalceatorum.

*Alia bujus Conf. ed. 1729. Sept. 30. P. 6. confir-  
matum fuit quoddam decretum in favorem Voca-  
lium Indianorum Occidentalium.*

Indulgentia  
quædam ad  
ejusdem cultum.

Solemnia  
Beatificatio-  
nis indicun-  
tur.

Clausula.

Fides haben-  
da transum-  
ptis.

CCXXXI.